



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Res, juxta earum naturas, in mundo regendas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

data præstetur, & totus sit immaculatus. Causam subiungit: Fornicatores enim & adulteros (vt reos) iudicabit Deus. Si, vt reos iudicabit, ergo displicent ei. Si displicent, cur esse permittit? Possem dicere, vt iustitiam in illis suam demonstret; vt aliquibus occasionem offerat, cum Apostolis dicendi: *Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere.* Sed & alias huius permissionis causas attexam.

Matth. 19. 10.

C A P V T XXXII.

*Prima causa, ob quam DEVS tot adulterijs perfidij sçq. matrimonia contaminari permittit; scilicet, vt castorum coniugum fides tantò magis elucescat.*



Vandoquidem igitur genus humanum matrimonijs propagandum est, statu vtique bono atque honesto, & quidem, ob fidem, vt dictum est, coniugalem bono, atque honesto; cur, in eo statu, tot esse perfidias, & tam crebra committi adulteria finit sapientissimus Mundi Gubernator? Ad hanc quæstionem generatim responderi potest, & peculiariter. Generatim enim idem dici potest de matrimonio, quod de Mundo. Nam cum & Mundum bonum condiderit Deus, tamen in eo morbos, & iniurias, & peccata, & mille alia mala esse permittit, quia ipse bonus est; & voluit, ipsis malis bonosque, tanquam contrarijs, illustrari; naturisque rerum cursum suum relinquere. *Nec tamen hoc diuina bonitati repugnat,* ait S. Thomas, *quòd mala esse permittit in rebus ab eo gubernatis. Primò quidem quia providentia non est, naturam gubernatam tollere, sed saluare. Requirit autem hoc perfectio vniuersi, vt sint quedam in quibus malum non possit accidere; quedam verò, quæ defectum mali pati possint, secundum suam naturam. Si igitur malum totaliter excluderetur à rebus providentia diuina; non regerentur res secundum earum naturam: quòd esset maior defectus, quàm tolleretur.* Atque hinc prima & generalis causa responsioque, necessario corollario deducitur.

I.

S. Thom. in Cõp. Theolog. cap. 142.

II.

Idcirco enim prouidus Mundi paterfamilias, tot malos viros, atque tot perfidas esse vxores finit, vt maneat sua natura  
 Ccc ris in-